



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

VIII. ita ut jactatur à plurimis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A *ἢ ἰσθ. ἐὶ καὶ δὴ ἐὰν ὅτι ἐδὲ μείζων ἔστιν, ἢ δὲ ἰσθ., δὴ δὲ ὅτι ἐλάττω ἔστιν.* Postremo cum dixerit superius Patrem essentia, dignitate, virtute, divinitate, bonitate, & sapientia prestare Filio, idem quoque sciscit de scientia Tract. 30. in Matth. *Forſitan autem & quod ait neſcire ſe diem conſummationis & horam, ante diſpenſationem ſuam dixit quia nemo ſcit, neque Angeli, neque Filii, niſi ſolus Pater. Poſt diſpenſationem autem impletam nequaquam hoc dixit poſtquam Deus illum ſuper-exaltavit, & donavit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen: nam poſtea & Filius cognovit ſcientiam à Patre ſuſcipiens, etiam de die conſummationis & hora, ut jam non ſolum Pater ſciret de ea, ſed etiam Filius. Quafi Chriſtus nonnulli poſt mortem obitam cognitionem hanc à Patre acceperit.* At ſenior eſt, quæ paulo poſt ſequitur loci ejuſdem expoſitio, eatenus nempe horam hanc ignoraffe Chriſtū, quatenus ipſam Eccleſia, quæ corpus Chriſti eſt, ignorat. Huc addendā cenſeat aliquis longam diſputationem ex initio Tomi 2. in Iohann. p. 46. & ſeq. in qua vocem θεός articulo ſuo conjunctam diſtinguit Origenes à voce θεός eodem articulo deſtituta, atque hanc deputat Filio, illam Patri: unde opinati ſunt quidam aliam ipſum Deitatem adſcripiſſe Patri, ac preſtantiorem; inferiorem vero Filio. Quapropter ea Genebrardus ab Arianis aſſuta fuiſſe cenſebat. At cum ea tamen dextre accipi poſſe agnoſcat, & Nos quoque in Obſervationibus demonſtraturi ſumus, cur loco huic falſi apponamus notam, cauſa nulla eſt. At manifeſte ſanctum Spiritum honore ſuo ac dignitate fraudare conatur Origenes Tom. 13. in Iohann. p. 218, hiſ verbis: *θεός ἐν βυζυγίοις ἀποδοχῆς τὸν υἱόν, πατέρα ἢ ἢ ἢ ἀποδοχῆς, ἢ ἀποδοχῆς, ἀλλ' ἀποδοχῆς ἀποδοχῆς αὐτῶν τὸν υἱόν, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον, ἀποδοχῆς τοῦ υἱοῦ, ἢ ἢ ἀποδοχῆς τὸ πνεῦμα, ὅσα ἀποδοχῆς αὐτῶν ἐν τῷ ἄγιον πνεῦμα ἢ ἢ λοιπῶν, ἢ ἢ τῶν ἄγιων.* Spiritum ſanctum illic infra Patrem deprimit: Filio vero poſthabet Tom. 2. in Iohann. p. 58. *αὐτὰ δὲ ἕκαστον ἐξ ἑαυτοῦ αὐτῶν ἰδίῳ βυζυγίῳ, πᾶς, εἰ πατέρα δὲ αὐτῶν ἰσθῆ, & τὸ πνεῦμα δὲ τῷ λόγῳ ἰσθῆτο, ἐν τῷ πατέρων τῶν ἀποδοχῶν τῶ δὲ ἰσθῆ τῶ βυζυγίῳ, εἰ καὶ λίθῳ πᾶς ἀποδοχῶν ἢ ἢ εἰς τὸ ἕκαστον δοκοῦσιν.*

VIII. Laſc Chriſti maiestatis reum Origenem peragit Hieronymus Epist. 59. ad Avit. cap. 1. ubi libri primi *θεὶ ἀρχῶν* deliria commemorans, dixiſſe illum notat, *Chriſtum collatione Patris ſplendorem eſſe perparvum, qui apud nos pro imbecillitate noſtra magnus eſſe videtur.* Deinde addit: *Duarum ſtatuarum, maioris & parvule, unius quæ mundum implet, & magnitudine ſua quodammodo inviſibilis ſit; & alterius quæ ſub oculis cadat, ponit exemplum; priori Patrem, poſteriori Filium comparans.* Iuſtinianus in Epistola ad Menam gradus in Trinitate poſuiſſe ipſum ait, &

D Patrem Filio maiorem finxiſſe: tum ex ipſis Origenis verbis accuſationem ſuam comprobabat. Et quid reliquos commemorare attinet, cum par ſit Scriptorum fere omnium quærela, quotquot in ejus reeſſendis erroribus operam aliquam poſuerunt? Non minoribus doctrina ejus de Spiritu ſancto inſimulationibus & convitijs proſciſſa eſt à Theophilo, Epiphano, & præter alios à Baſilio, qui Origenem de Spiritu ſancto male ſentientem, naſt. libr. De Spir. ſanct. c. 29. Iam Epist. 41. quando recte locutus eſt, vi conſuetudinis & traditionis victum fuiſſe ſcribit. Ejuſdem etiam noxa arceſſivit Dionyſium Alexandrinum Origenis diſcipulum: adeo ut ex Adamantij ſchola primi omnium adverſus Spiritum ſanctum errores videantur extiſſe. Ad aliorum criminationes adſcit Hieronymus, dixiſſe illum Patris & Filij miniſtrum eſſe Spiritum ſanctum: & Iuſtinianus in fine Epistolæ ſuæ ad Menam Origenem ait Filium, & Hier. lib. 2. Apol. adu. Roſ. cap. 3.

E Spiritum ſanctum appellafſe *λεπτορρηξ ζωα. miniſtratoria animalia.* IX. Multa quidem contra hæc in gratiam Origenis obtendi poſſunt, quibus orthodoxam de Verbi dignitate ſententiã tueri viſus eſt: ſed ea fere è libris deprompta quæ Ruſinum Interpretem habent, proptereaque dubia ſunt fidei, & interpolata credi poſſunt. Afferemus tamen ſingula, ne cauſam Origenis deſeruiſſe videamur. Ac primum de Chriſto hæc leguntur Hom. 4. in Gen. *Formam namque ſervi accepit, & cum iſe inviſibilis ſit nature, ut pote æqualis Patri, habitum tamen viſibilem ſuſcepit: & iſta libro 7. in Epist. Pauli ad Rom. Et ideo non ad injuriam dicitur, quia Prophetis ſubjecti ſunt ſpiritus, ſed ad diſpenſationem; ſicut & illud dictum accepimus à Salvatore, quia tunc & ipſe Filius ſubjectus erit ei qui ſibi ſubdidit omnia. Et hic enim ſubjectus non quaſi inferior dicitur. Quomodo enim inferior dici poterat, qui Filius & omnia*

F *eſt quæ Pater? Omnia enim, inquit, Pater tua, mea ſunt.* Quinetiam libr. 1. *θεὶ ἀρχῶν*, cap. 2. eandem eſſe docet Patris & Filij potentiam, bonitatem eandem. Quod autem Servatorem univerſorum eſſe Deum negavit libr. 8. contr. Celf. huic illud opponi poteſt è Præfat. Comment. in Iohann. *ὁ σὺν πατρί ὁ δὲ τὸν υἱὸν τὸν πατέρα τῷ ὅλῳ θεῷ λόγῳ, ἢ δὲ τὸς γὰρ ἐλάττω ἄγαθῶν καὶ τὸ τὸ ἄγαθόν.* Cum enim omnia habeat à Patre Filius, acceptum Patri refert univerſorum eſſe Deus. Rerum igitur univerſarum Deus eſt Pater à ſe; Filius earundem rerum Deus eſt à Patre. Cum Servatorem ergo univerſorum Deum eſſe negat, Deum intellige à ſe, ſeu ἑαυτοῦ. Cum eundem univerſorum Deum eſſe aſſerit, Deum intellige à Patre, ſive Deum de Deo. Facit etiam pro Origene, quod maxima locorum illorum, quibus Filij maiestatem imminuit, pars è Commentarijs in Iohannem eſt proſecta, quos adverſus Marcionitam Heracleonem ſcripſerat. Id autem erat ſectæ hujus delirium, Opiſ-

